



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

X. Clerici excommunicati vel interdicti, qui ante absolutionem diuina  
celebrare praesumpserint, perpetuo sunt deponendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

dum, quod si forte non fuerit a te, vel aliquo archidiacorum vel prælatorum tuorum sub interminatione anathematis prohibitus, tu ipse in promotione ipsius ad officium sacerdotale, condigna satisfactione, nisi aliqua impedianc, imposita, pro tuo arbitrio dispenses. Si vero interminatio anathematis super hoc facta est, commoneas eum, sicut nos fecimus, ut in aliquo monasterio seu canonia habitum suscipiat regularem: cui iuxta admonitionem tuam, ex quo in habitu illo fuerit aliquanto tempore laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer prouidere: Alioquin nulla ratione concedimus eum ad sacerdotalem ordinem promoueri.

C A P. X. *Idem eidem.*

Clerici autem si qui a suis, aut etiam de mandato Romani pontificis, ab alienis episcopis interdicti vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrarint, nisi ad commonitionem \* vestram sine dilatione redierint, \* nobis perpetuæ depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurvant.

C A P. XI. *Idem Lucensi episcopo, & eius capitulo.*

Præsentium lator in quodam confictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo lapides ipse proiecit, sed aliquem non percussit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occisi, a celebracione Missarum præcipimus abstinere. Mandamus itaque vobis, ut si res ita se habuerit, & alia causa non impedit, decurso huius temporis spatio, ad sui eum executionem officii admittatis.

C A P. XII. *Idem\* archiepiscopo\* Cufentino.*

Continebatur in literis, quas tua nobis deuotio destinavit, quod diaconus præsentium lator, & quidam clerici qui rogati ad vineas ecclesiæ putandas perrexerint: & cum circa vesperas opere consummato redierint, leuandi laboris gratia quemdam ludum imitati sunt viatorum, proiuentes baculos suos in longinquum: studebant enim in directum iacere, & alter alterius fustem ferire. Huius autem ludi, sicut afferunt, talis conditio est, vt qui alterius bacu-